



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

VI. Neu-Landsberg, Himmelstädt und Zantoch

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

VI.

Neu-Landsberg, Himmelstätt und Bantoch.

I. Markgraf Johann stiftet die Stadt Neu-Landsberg, am 2. Juli 1257.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes, Dei gracia Brandenburgensis Marchio, omnibus in perpetuum. Humane actiones facillime a memoria laberentur, si non scripturarum testimonio firmarentur, Nam fidele testimonium habet scriptura, que intereuntibus hominibus ea, que sibi commendantur, non sinit aliquatenus interire. Proinde notum esse volumus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus univrsis, quod nos fideli nostro Alberto, dicto de Luge, civitatem nostram Landisberch Novam liberam construendi in hunc modum contulimus facultatem, videlicet, quod pars tertia totius census, tam de areis quam de mansis, sit ipsius, sicut et tertius in civitate denarius per iudicium acquisitus. Huic etenim civitati nostre adjecimus CIV mansos ad agriculturam et L in pascuis deputatos, ita, ut de quolibet manfo colendo dimidius Ferto Brandenburgensis monete in pensione annua nobis detur, ejusdem civitatis libertate, quam a festo Martini nunc futuro proxime ad decem annos durare volumus, integraliter exspirante. Expletis ergo predictis decem annis jus Brandenburgense habebunt homines civitatis predictæ et ipsorum libertate durante profus theloneum nullum dabunt, qua completa terminis Burgenisium de Brandenborch in dando ex tunc theloneo et gratia contenti erunt. Item piscatio in aqua Neze sursum ad dimidium et deorsum ad integrum milliare omnibus piscari volentibus erit communis. Insuper quicquid de edificiis in ejusdem civitatis foro construendis durante libertate provenerit, in usus civitatis libere totum cedit et eadem expleta nos de qualibet statione duos percipiemus denarios et Schultetus unum. Reliqua vero in usus civitatis redigentur. Similiter in molendinis in aqua Cladowe infra civitatis terminos et agrorum construendis Schultetus partem tertiam obtinebit. Tandem quoque civitatem infra hinc et festum Martini firmabimus plancis et feris et postea plancis decentioribus atque fossis. Preterea extra civitatis terminos memorate contulimus Schulteto memorato LXIV mansos titulo pheodali, in quibus, si molendina construi poterunt et fundari, liberam construendi habebit facultatem, quorum et fructus omnes percipiet sine nobis. Vt autem predicta omnia a nostris heredibus observentur firmiter in futurum, presentem paginam conscribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina hec sunt Henricus, Pincerna de Zpan-

dowe, Henricus de Snetlinge, Henricus de Werbene, Henricus de Thenis, milites, et ceteri quam plures fide digni. Datum per manus Heidenrici, Capellani, Anno Domini MCCLVII, in die Sanctorum Procelli et Martiniani.

Aus früheren Abdrücken nach der Süßmiltz'schen Sammlung in Buchholz's Gesch. IV, Anh. S. 91 u. nach dem Original in Beckmann's Besch. von Frankfurt S. 29. In dem letztern, sonst vollständigen Abdrucke ist statt Neze : Jerze und statt Cladowe : Clodowe gelesen.

II. Markgraf Johann legt der Stadt Neu-Landsberg das Recht bei, eine Niederlage zu errichten, im Jahre 1257.

Nos Johannes, dei gratia Brandenburgensis Marchio, recognoscimus et literis presentibus publice protestamur, quod commodo et utilitati dilectorum Burgensium nostrorum de Landesbergk, modis quibus possumus, intendentes, depositionem mercium, que in vulgari Niederlage appellatur, ipsis et apud civitatem predictam fieri permittimus et cum hoc una cum Sculteto civitatis memorate et civitati et hominibus in ea degentibus viderimus expedire, dantes ipsis in testimonium, ut hoc fiat, presentes nostras literas sigilli nostri munimine roboratas. Actum Stolp, anno domini Millefimo CC^o. LVII^o., presentibus Henrico, pincerna de Spandow, Henrico de Snetlinge, Henrico de Werbene et Henrico de Thenis et Henrico, curie nostre Capellano.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. I. Gercken's Cod. V, 169. Fragm. I, 16 mit der falschen Jahreszahl 1256.

III. Markgraf Albrecht bestätigt dem Kloster Sameritzkou die in einer Mühle bei Neu-Landsberg erworbenen Pächte, am 21. Dezember 1299.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ad memoriam presentium et rectam notitiam futurorum nos Albertus, dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus publice protestantes, quod reuerendus pater Dominus Conradus, abbas ecclesie sancte Marie virginis in noua Doberou, que vulgariter Sameritzkou appellatur, cum nostra voluntate et consensu molendinum apud nouam Landesbergk civitatem nostram, Vogelfangk dictum, cum nouem modis et dimidio filiginis a Johanne, de Rauenstein dicto, et II choros filiginis a Zabello de Falkenberge et octo choros filiginis a Wilhelmo, fratre ejus, in eodem molendino sitos in redditibus annuatim dicte ecclesie suis denariis comparauit. Nos quoque attendentes ipsius ordinis sanctitatem sperantesque in corpore et anima piis fratrum orationibus adjuuari, proprietatem ejusdem molendini ac octo Chororum cum nouem modis ac dimidio eidem ecclesie donauimus propter

Deum. Actum et datum in villa Mafsyn, anno domini M^o. CC^o. LXXXVIII^o., die beati Thome apostoli, presentibus Magistro Johanne de Demyne et Johanne, nostro Notario, testibus quoque Wenero Splinter, Albino de Brunou et Bethekone de Jagou, militibus nostris, Zabelle et Henningo de Marwitz et Vromoldo de Wulfick, vassallis nostris, et quam plurimis aliis fide dignis.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. II.

IV. Markgraf Albrecht befreiet den Schulzen zu Neu-Landsberg und seine Brüder von Geldabgaben und Dienstleistungen für ihre Lehne, am 12. März 1299.

In nomine Domini Amen. Nos Albertus, dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus publice per presentes, quod Alberto, prefecto nostro in Landesbergk, Tydekoni, Johanni et Nicolao, suis fratribus, atque ipsorum heredibus bona ipsorum subscripta, videlicet in quatuor molendinis Ciuitati propinquantibus VI choros et X modios, in censu manforum ciuitatis IV talenta et in censu arearum ciuitatis ejusdem absque pecunia et omni seruitio dimisimus possidenda. In cujus rei testimonium presentes conscribi et sigilli nostri appensione iussimus communiri. Datum Soldyn, anno domini M^o. CC^o. XCIX^o., die beati Gregorii Pape.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. III.

V. Markgraf Albrecht übergiebt dem Abte Ditmar zu Colbatz zahlreiche Güter mit dem Hofe Greversdorf zur Stiftung des Klosters Himmelsstätt, am 22. Mai 1300.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Quia sedentis in folio maiestatis in excelsis sunt deliciae in hac valle miserie etiam cum filiis hominum habitare, ut sedulis Secretariorum suorum precibus exoratus misericordiam querentibus de pietatis sue habundantia copiosius largiatur; Nos Albertus, dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus et in publicam notitiam deuenire cupimus singulorum, quibus presentes fuerint recitare, quod de bonis nostris ab ipso dominantium domino temporaliter nobis datis in terra, nostra in quantum humana sunt fragilitas, mansionem sibi placitam preparare ac cultum sancti sui nominis ampliare toto cordis desiderio cupientes cum consilio et auxilio reuerendi patris Domini Dytmari, Colbatzensis ecclesie Abbatis, ad laudem et gloriam ejusdem Dei omnipotentis ejusque matris Marie virginis perpetue ad salutem quoque animarum, nostre videlicet ac progenitorum, filiorum, heredum et successorum no-

strorum in restaurum dampnorum, si qua ecclesia Colbazensis per Nos vel nostros progenitores aut filios aut vassallos nostros aliquos nostro nomine sit perpessa, nouelle plantationis fundauimus ecclesiam ordinis Cystercentis, quam appellauimus Locum coeli perpetuam, que subscriptis dotauimus bonis nostris et ecce donauimus eidem ecclesie Loco coeli villas subscriptas, videlicet Clodowe, curiam Creuerstorp cum suis pertinentiis et distinctionibus infra scriptis Zanzyn, Heirikestorp, Mertenstorp, Nyendorp, Razleuestorp, Hoenwolde, Tornou, Beyerstorp, Streueniz, Vycz, Pyrene, Genyn et Loppowe; Stagna quoque subscripta, videlicet integrum stagnum paruum Carzk, integrum stagnum magnum Carzk, item medietatem stagni Rokyt, item integrum stagnum paruum Stechou, item integrum stagnum Lupeniz, item integrum stagnum Zuch, item medietatem stagni parui Lubbese, item medietatem magni Lubbese, item medietatem stagni Jeferik, item integrum stagnum Greden, item integrum stagnum Clodou, item integrum stagnum Zanzyn, item integrum stagnum Muzeltin, item integrum stagnum Parenz, item integrum stagnum Colpin, item integrum stagnum Pranden. Omnia stagna hec et villas cum curia Creuerstorp predicta cum omnibus agris cultis et incultis, nemoribus, siluis, venationibus, paludibus, pratis, pascuis, molendinis iam constitutis et processu temporis constituendis, aquis et riuis ac piscationibus ac etiam omnibus libertatibus et immunitatibus, quas predicta Colbazensis ecclesia in bonis suis habere consueuit, scilicet in villis et villanis, aurifodinis, argentifodinis, ferrifodinis, salinis seu cuiuscunque fuerit utilitas eris vel minere cum omnibus usufructibus seu prouentibus, cum iure patronatus ecclesie cuiuslibet premissarum ac omni iure temporali et spirituali majori videlicet et minori. Insuper etiam ut Schultetus dicti claustris Loci coeli fures et malefactores secundum sua puniant demerita. Item ut Schabinos, qui vulgariter Landscheppen dicuntur, pro ipsius ecclesie iuribus defendendis in ipsa Abbacia vicissim vel simul instituunt et sic institutos perpetualiter habeant et conseruent. Et qualiter omnia bona predicta et subscripta, sicut ea a progenitoribus seu antecessoribus nostris posseduntur, sine precaria ac omni seruitio communi et priuato eidem ecclesie Loco coeli pure donauimus propter Deum iusto libertatis et proprietatis titulo perpetuo possidenda, excepto quod redditus mellis, per Abbatem ecclesie ejusdem annis singulis nobis dandos, nobis tantummodo referuauimus in eisdem. Adjacentes, quod ciues villarum Vytz, Pyrene et Genyn propriis contenti limitibus, nec pecudibus, nec aliis metas nostre Merice attingent, nec ligna auferent, nisi specialiter cum nostra fuerit voluntate. Preterea distinctio proprietatis ejusdem nostre foundationis ecclesie ad curiam Creuerstorp pertinentis est hec. Riuum Clodow a curia Creuerstorp ascendendo usque ad locum, ubi riuus Stechou etc. —. Renunciantes omni iuri, quod in bonis ejusdem distinctionis et aliis prehabitis habuimus vel habere dignoscimur, nihil iuris in eisdem nobis et nostris successoribus referuantes, nisi quod mellis redditus nobis referuauimus ad tempora vite nostre. Ut autem dicta nostra fundatio et donatio inuolabiliter per nos et nostros successores perpetuo obseruentur, presentes inde conscribi et sigilli nostri appensione iussimus communiri. Testes quoque premissorum sunt hii, Dominus Hermannus, Prepositus in Landesberg, Dominus Iohannes, Decanus ecclesie in Soldin, Dominus Bruno de Berlyn, Magister Iohannes de Dymin, Dominus Baldeuinus de Bernou, Capellani nostri, Wernerus et Lippoldus Albi, Reyneko de Wulkou, Wernerus Splint et Albericus de Brunkou, milites, Zabellus et Henningus de Maruiz, Vromoldus de Wutfik, Heyso de Cloden et Reyneko de Golyn, Curie aduocatus noster, et quam plures alii fide digni. Actum et Datum Clodow, anno dominice incarnationis millesimo trescentesimo,

indictione XIII., Epacta XXVIII., Concurrente V., XI Kalendarum Junii, per manum Iohannis, tunc Curie nostre Notarii.

Nach Gercken's Cod. II, 318.

VI. Markgraf Woldemar vereignet Bürgern in Neu-Landsberg zwei Mühlen bei der Stadt, am 16. September 1308.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio tutorque illustris principis Marchionis Iohannis, scire volumus tam presentibus quam futuris, quod discretis viris et prouidis Hinrico de Kulsterin et Gerardo de Berenwolde, ciuibus nostris in Landsbergk, proprietatem duorum molendinorum, que adjacent ciuitati Landesbergk predictae in vicino et immediate, pro triginta talentis Brandenburgensis denariorum vendidimus, et a nobis iusto emptionis titulo compararunt. Et predicti videlicet Hinricus et Gerhardus et eorum heredes predicta molendina absque pecunia perpetuo possidebunt. Cum vero illustris Marchio Iohannes noster patruus ad annos discretionis peruenerit, adiuuabimus et ordinarie tenemur, ut emptionem predictam ratam seruabit atque firmam. In cuius rei testimonium presens scriptum dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Testes sunt Dominus Wipertus de Barby, Dominus Iohannes de Marwiz, Dominus Sifridus Winningk, nostri milites, et alii quam plures testimonio fidei decorati. Datum Brunneke, anno domini M^o. CCC^o. VIII^o. feria secunda post exaltationem sancte crucis.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. IV.

VII. Markgraf Johann verkauft dem Abte zu Colbaz und den Mönchen zu Greversdorf fünf Dörfer, am 30. November 1314.

In nomine Domini Amen. Quia sedentis in folio maiestatis in excelsis sunt deliciae in hac valle miserie etiam cum filiis hominum habitare, ut sedulis Secretariorum precibus exoratus misericordiam querentibus de pietatis sue habundantia copiosius largiatur; Nos igitur Iohannes, dei gratia Brandenburgensis, Misenenfis et Lufatie Marchio, recognoscimus et in publicam cupimus deuenire notitiam omnium per presentes, quod ad cultum sancti sui nominis ampliandum obque salutem animarum, nostre videlicet ac progenitorum filiorum heredum et successorum nostrorum, plena super hoc habita discretorum nostrorum deliberatione, dedimus et presentibus donamus nostra auctoritate qua fungimur honorabili viro Domino Henrico, Abbati de Colbaz, ordinis

Cisterciensis et fratribus in Creberstorp, eiusdem ordinis libertates ac proprietates quinque villarum subscriptarum videlicet Clodow, Zanzin, Henrikestorp, Martinstorp et Loppow cum omnibus agris cultis et incultis, nemoribus, silois, venationibus, paludibus, pratis, pascuis, molendinis jam constructis et processu temporis construendis, aquis, stagnis, riuis, piscationibus, terrifodinis, salinis seu cuiuscunque utilitas fuerit eris et minere cum omnibus usufructibus et prouentibus, cum iure patronatus ecclesiarum in villis premissis ac omni iure iurisdictione iudicio maiori et minori absque omni seruitio communi et priuato, cum omnibus immunitatibus et libertatibus, quas omnes ecclesie ordinis premissi in nostris districtibus constitute noscuntur habere, iusto libertatis ac proprietatis titulo in perpetuum possidendum, cum omnibus distinctionibus et limitibus et generaliter cum hiis omnibus et singulis que infra et citra limites ipsarum villarum continentur. Renunciantes omnibus premissis iuribus et proprietatibus quoad nos et heredes nostros nichil iuris in bonis ipsis nobis et successoribus nostris penitus reseruantes. Seruitia quoque dextrariorum de bonis ipsis nobis exhibenda non auferent que nunc de bonis ipsis sunt prestanda nisi de nostra speciali voluntate procedat. Addiimus etiam, quod ipsi fratres XII mansos in uilla Clodow prefata absque omni precaria pheudi et hereditatis libere possidebunt. Proinde venerabilis Dominus Henricus, Abbas ecclesie Colbazensis prefatus, dedit et persoluit nobis trescentas Marcas argenti Brandenb. in pecunia numerata, de quibus ipsum Abbatem et confratres suas quitos reddidimus in hiis scriptis. Protestamur etiam, quod per huiusmodi nostre indulgionis formam concessit ipsis fratribus non intendimus litteris, iuribus, utilitatibus et proprietatibus seu privilegiis ab illustri Marchione Alberto pie memorie concessis et indultis aliquatenus derogare. Ut autem premissa omnia inter nos et honorabilem virum prenotatum Dominum Henricum, Abbatem de Colbaz, ac suos confratres per magnificum principem Dominum Woldemarum, Marchionem Brandenburgensem, fororium nostrum dilectum, nostro nomine sub anno domini millesimo trescentesimo vndecimo in castro Spandow die dominica qua cantatur Inuocauit presentibus nostris fidelibus infra notatis ordinata et eorum quodlibet robur fortiatur perpetue firmitatis, presentes litteras dedimus nostro sigillo sigillatas. Testes huius facti sunt Dominus Gheuehardus, Fredericus iunior, Henricus dicti de Aluenfleue, Ludouicus de Wanzleue, Droyseko, noster Dapifer, et Johannes de Cröchern, eius filius, et Hermannus de Arneburch, nostre curie Notarius, pluresque alii fidedigni. Actum et Datum Spandow, anno domini millesimo trescentesimo quarto decimo, in die Beati Andree apostoli.

Nach Gerken's Cod. II, 316.

VIII. Die Markgrafen Woldemar und Johann geben der Stadt Neu-Landsberg das Recht, für den Damm bei der Stadt ein Wegegeld zu erheben, am 20. Mai 1316.

Nos Woldemarus et Johannes, dei gratia Brandenburgenses et Lusatie Marchiones, recognoscimus publice in his scriptis, quod propter specialem ciuitatis noue Landsbergk emendationem talem Consulibus ac vniuersitati ciuium ibidem presentibus et futuris donauit

mus et libera donatione donamus gratiam cum fauore, quod quicumque ex nunc et in antea aggerem dicte ciuitati adiacentem pertranferit equitando, dabit ipsis de equo quolibet denarium Brandeburgensem, exceptis nostrarum terrarum hominibus conditionis existentibus militaris atque personis spiritualibus, quas huius statuti debito astringi nolumus quoquo modo. Eo tamen adiecto moderamine, quod vniuersos denarios, quos huius statuti pretextu collegerint, in refectionem et reparationem dicti aggeris et non ad vsum alium conuertere perpetuo teneantur. Et ne de hac nostra largitione ipsis per nos sincere concessa dubietas pullulet in futurum, hanc literam nostrarum sigillorum robore iussimus communiri. Testes quoque sunt illustris Domina Anna Ducissa Wratiflauiensis, nobilis vir Henricus, Comes de Luchou, Sloteko, nostre curie Dapifer, Buffo dictus Gruwelhut, Burchardus de Bertenleue, Petrus de Loffoue, Henningus de Vorland, milites, Euerhardus, prepositus in Stolpe, noster Capellanus, cum pluribus aliis fide dignis. Actum et datum in villa Lichterfeld, anno domini M^o. CCC^o. sexto decimo, in Ascensione domini.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. V.

IX. Markgraf Woldemar sichert den Bürgern Neu-Landsbergs den Gerichtsstand vor dem Stadtschulzen für alle Angelegenheiten zu, am 8. April 1317.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, recognoscimus et ad vniuersorum notitiam tenore presentium publice volumus peruenire, quod fideles nostros ciues ciuitatis noue Landesbergk in omnibus eorum iuribus et libertatibus, quibus hactenus usi sunt, vt in priuilegiis ipsorum desuper traditis euidenter exprimitur, conseruare volumus et fauorabiliter perpetuo conseruare, prepositos ciues etiam de toto ad nullum iudicium prouinciale extra ciuitatem predictam trahi volumus occasione causarum quarumcunque. Sed omnes cause contra predictos ciues mouende agitari debent coram predictae ciuitatis prefecto, Consulibus et scabinis. In cuius rei testimonium euidentis nostro sigillo munitum dedimus presens scriptum, cuius testes sunt nostri fideles, Conradus de Wedel, Otto et Henricus Schenkiones de Schenkendorp, Slotheco, dapifer, Fritzo de Aluenfleuen, Johannes de Crochern, Henricus de Rochou, milites, cum multis aliis fide dignis. Actum et Datum in Spandowe, anno domini M^o. CCC^o. septimo decimo, feria sexta post diem beati Ambrosii.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. VI.

X. Markgraf Woldemar verleiht einem Bürger Neu-Landsbergs Gebungen aus der dortigen Spitzmühle, am 23. März 1319.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod discreto viro Fritzone de Stenwitz, cui nostro de noua Landesbergk, eiusque veris heredibus contulimus iusto feodi titulo, et vendimus rationaliter duos Choros siliginis in molendino Spitzmole dicto — percipiendos et possidendos iure pleno pacifice et quiete. Nec proinde dictus Fritzo vel eius heredes nobis ad aliquod seruitium astringentur, propter quod dictus Fritzo pro se et suis heredibus nobis dedit et persoluit in numerata pecunia XVI Marcarum argenti Brandenburgensis, de quibus dicimus ipsos quitos. In cuius rei testimonium nostro sigillo muniri fecimus presens hoc scriptum. Testes fuerunt presentes Nobilis vir Guntherus, Comes de Keuernberg, Henningus de Blankenburg, noster dapifer, Henningus de S . . . , noster Aduocatus, milites, Thidemannus, prepositus de Granzoye, et Hermannus de Luchoue et alii fide digni. Actum et datum Grünberch, anno domini M^o. CCC^o. XIX^o. sexta feria in Dominica Judica.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. VIII. Gercken's Codex V, 177.

Anm. Das Datum muß geschrieben sein: vermuthlich ist statt in Dominica Judica zu lesen ante Dominicam Judica.

XI. Markgraf Woldemar vereignet der Stadt Neu-Landsberg das Dorf Glinick, am 6. August 1319.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, recognoscimus et ad vniuersorum notitiam tenore presentium publice volumus peruenire, Quod fidelibus nostris dilectis ciuibus ciuitatis nostre noue Landesbergk dedimus et per presentes literas damus donatione solemni villam Glinick cum omnibus suis distinctionibus, prout ab antiquo huc usque distincta fuit et est debito et consueto proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendam. Renuntiantes simpliciter pro nobis nostrisque heredibus et successoribus omnibus iuri actioni et proprietati, que huc usque competebant et possunt competere in futurum. Sed proinde predictae ciuitatis ciues presentes pro se et suis posteris satisfecerunt pro nostro libito voluntatis, et ne super huiusmodi donatione nostra cuiquam in posterum dubium valeat suboriri, presentem literam super ea dedimus nostri sigilli munimine roboratam. Testes huius facti sunt nostri fideles Drosseko et Henningus de Blankenburg, nostre curie dapiferi, Henricus de Stegeliz senior, Henricus iunior de Stegeliz, et Henricus de Crochern, milites, Euerhardus, prepositus in Berlin, et Hermannus de Louchou, Capellanus, cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum in Swet, anno domini M^o. CCC^o. XIX^o. die beatorum Sixti Felicissimi et Agapiti martyrum.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. VII.

Anm. Das gewiß ganz richtige Datum dieser Urkunde ist von Gercken Codex V, 176 verdächtigt.

XII. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Neu-Landsberg, am 3. Mai 1325.

Ludovicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, comes palatinus Rheni, Dux bavarie, sacri imperii archicamerarius, fidelibus et dilectis Burgensibus universis in nova Landsbergk presentibus et futuris gratiam suam et omne bonum. Constantie vestre precelsa caritas ad hoc nostrum provocat ac pulsat animum, ut ad ea, que vestrum contingunt salutem et commodum, sinceris affectibus merito intendere debeamus. Supplicationibus igitur vestris humilibus favorabiliter inclinati, universa vestra ac civitatis nostre predictae jura, libertates, proprietates, possessiones, donationes, gratias, approbatas consuetudines atque immunitates, quibus vos et civitas estis ab antecessoribus nostris, quondam Marchionibus Brandenburgensibus sancte memorie, predicti ac muniti, Insuper omnia vestra privilegia, literas seu instrumenta super dictis juribus, proprietatibus, libertatibus, possessionibus, donationibus seu super contractibus quibusvis per ipsos nostros antecessores vobis et civitati data, concessa et indulta sunt, approbamus, ratificamus, nec non presentis pagine patrocinio solemniter confirmamus. Nulli ergo omnino homini fas sit, hanc paginam nostram infringere vel aliquo modo contraire. Quicumque vero hoc facere vel attemptare presumpserit, nostram indignationem cum ultione debita se noverit incursum. Testes hujus nostre confirmationis et gratie ad hoc vocati specialiter sunt nobiles viri domini Guntherus et Adolphus, comites de Lindowe, honorabilis vir dominus Segerus, prepositus Stendaliensis, Hermannus de Reder, noster Mariscalcus, Hermannus de Loffow, Ludolphus de Wedel, Guntherus de Sandelow, Hermannus Bolch, milites nostri, cum aliis fide dignis, in quorum omnium et singulorum stabile testimonium presentem paginam inde confici et sigilli nostri appensione mandavimus fideliter communiri. Datum in dicta nova Landsberg, per manum Hermanni de Luchow, Anno domini MCCCXXV, in inventione sancte crucis, in nostra presentia.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives S. 48.

XIII. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Neu-Landsberg acht Winspel Mühlenpächte und das Dorf Culem, am 3. Mai 1325.

Wir Ludovicus, von gots gnaden zu Brandenburg vnd Lusatien Marggraff etc., bekennen vnd thun kund öffentlich mit diesem Brieffe, daz wir vnsern getreuen Burgern von Neuen Landsberg, gegenwärtigen vnd zukünftigen, darzu der gantzen gemeinen Stadt gegeben haben vnd geben mit vollkommener gabe vber IIII winspel roggen in der mühle, bey der stadt mauer gelegen vnserer genanten stadt, vnd vber IIII winspel roggen in der spitzmole vollkommene gewalt, daz vns daran, noch vnsern erben, noch vnsern nachkomlingen kein recht daran behalten noch behalten wollen in den VIII winspel roggen. Darzu den obgemelten vnsern getreuen burgern vnd einwohnern der stadt Landsberg geben wir gantz zueigen das dorff Vlem mit allen nutzungen, darzu gehorenden oder einkommenden nutholtzungen, weyden, wassern vnd was sonst zum

dorffe belegen oder mit was nahmen das mag benennet werden, mit allen reinen vnd grenzen vor idermeniglich fridlich zubesitzen. Thun derselben kund, das die VIII winspel rogggen mitlampt dem dorffe Vlem die obgedachten gerublich besitzen sollen, vnverhindert vnser oder vnser leibs erben oder nachkomligen. Auf defz an dieser gabe niemands zweifel, haben wir derhalben diesen vnsern Brieff mit vnserm ingesiegel bekräftiget vnd bekräftigen in Beywesen der gestrengen edelen Gunthero vnd Adolffo, graffen von Lindaw, dem werdigen herrn Segere, hermann von Reder, vnser marschalck, hermann von Luschkaw, Ludolffes von Wedel, Guntherus von Sandelow, hermann Balch vnd Mauricius vnd henningk von Wedel mit andern glaubwürdigen männern. Datum in der stadt Landsberg, in vnser gegenwartigkeit, im Jahre des herrn dreyhundert vnd im XXV, am Tage inventionis crucis, durch die hand Johan von Luchaw.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives t. 109.

XIV. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Neu-Landsberg Pächte in der Linde'schen Mühle und das Eigenthum der Mühle Vogelfang, welche die Stadt von dem Kloster Sameritzkow erworben, am 3. Mai 1325.

Ad perpetuam rei geste memoriam Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni —, omnibus hoc scriptum intuentibus salutem —. Inde igitur est, quod cum fideles nostri ac dilecti Burgenfes nostri de noua Landesbergk IV choros filiginis cum proprietate in molendino Linde, sito apud dictam civitatem nostram Landsbergk, ab Abbate et fratribus de Sameritzko Cisterciensis ordinis comparauerint, nec non proprietatem molendini Vogelfangk, siti prope civitatem nostram predictam, cum tribus choris et VIII modiis filiginis predicti nostri Burgenfes ab eodem Domino Abbate et Conuentu etiam legitime compararint, nos ad instantiam humilem eorundem Burgenfium nostrorum contractum talem approbauimus et proprietatem omnimodam et plenam super eosdem ipsis duximus concedendam, ita quod nihil juris in eisdem nobis vel nostris successoribus referuamus. Et ne de hoc scripto apud aliquem dobium oriatur, presentes inde confici et sigilli nostri appensione iussimus fideliter communiri. Presentibus nobilibus viris dominis Gunthero et Adolpho, Comitibus de Lindow, honorabili viro Domino Segero, preposito Stendaliensi, Hermanno de Reder, nostro Marscalco, Ludolpho de Wedel, Hermanno de Lofsou, Gunthero de Sandelow, militibus, cum aliis fide dignis. Datum in dicta noua Landesbergk, per manum Hermannii de Luchou, anno domini M^o. CCC^o. XXV^o., in inuentione Sancte crucis.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. IX.

XV. Markgraf Ludwig bestätigt dem Abte zu Colbaz verschiedene dem Kloster Himmelsstätt überwiesene Besitzungen und hebt einen Streit zwischen der Stadt Landsberg und den Bewohnern von Loppow, am 28. Juni 1326.

Nos Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Buarie et Carinthie Dux, S. R. I. Archicamerarius. Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, cupimus fore notum, quod cupientes honorum operum nostrorum Antecessorum imitari vestigia, ob augmentum diuini cultus in monasterio Loco coeli ampliando, nostras patentes litteras dedimus et dabimus, quotiens necesse fuit, venerabili et religioso viro Domino Theodorico, Abbati monasterii in Colbaz, prouisorio Loci celi predicti, et quia, quod prius neglectum est in litteris predecessorum nostrorum nuncque lucide expositum et declaratum per gratiam Dei omnipotentis exprimere in presentibus litteris volumus et conamur. In primis ipsam curiam Creuestorp cum omnibus villis suis in priuilegiis illustris principis Domini Alberti, quondam Marchionis Brandenburgensis felicitis memorie, predecessoris nostri, scriptis cum villanis, cum omnibus pertinentiis — — ratificamus, innouamus et approbamus et redditus mellis Domino Abbati et fratribus suis in Loco coeli presentium vigore litterarum lucide et expresse donamus. Et paludem ville Nyendorp de consensu et scitu illorum de Holtebothel totam et integram predictis assignamus. Et totam paludem ville Loppou usque ad paludem ville Genyn cum omnibus pratis, pascuis, piscationibus, quocunque nomine appellati sunt in lingua Polonica seu teutonica, predicto monasterio propter Deum donamus. Sed tamen discordiam quondam factam cognouimus inter illos de Loppou et ciues nostros in Landesberghe propter quandam insulam, quam dicunt, quod predecessores nostri illam ciuitati supradicte assignauerint, quam discordiam ita volumus presentium virtute litterarum cassare, ut inferius patebit. Ita plane, quod illi de Loppou dimidiam paludem eorum cum dimidietate pratorum perpetuis temporibus obtinebunt, possidebunt et perfruentur; Et ciues nostri de Landesberghe residuam dimidietatem paludis et pratorum cum insula eorum absque piscationibus in perpetuum obtinebunt. Quod si predicti ciues presentem nostram compositionem et discussionem laudabilem, sicut promiserunt id nobis et consenserunt in posterum, quod Deus auertat, nec obseruare, nec ratam habere vellent, tunc pro certo ipso facto omnium priuilegiorum, in quibus ipsis Consulibus et ciuitati predictae gratiam fecimus minuendo redditus nostros, scilicet de Orbo et aliarum gratiarum quarumcunque, quocunque nomine vocari poterint aut possint, per nos factarum aut faciendarum in litteris eorum contentarum sciant se integraliter per nos et successores nostros priuandos. Insuper annullamus in proprietatibus predicti monasterii tempore Domini Woldemari, quondam Marchionis Brandenburgensis felicitis recordationis, et specialiter ab illis de Wyninghen et illis de Maruitzen factarum et cauemus ipsi Domino Abbati et monasterio Loco coeli, quatenus habeant artifices suos in monasterio saltem textores, sartores aliasque diuerse artis magistros et quod libere vendere possint res et bona eorum in annualibus foris sine pacto, quod Stedegeld dicitur, in omnibus ciuitatibus ab hac parte Odere et quod exempti sint ab omni exactione, qualicunque nomine vocetur, et ab omni theloneo in terris, in aquis et per omnes pontes totius Marchie Brandenburgensis omnia feruitia in bonis predictis cum omni precaria habeant. Et si aliqua bona in proprietatibus monasterii posita a vassallis nostris emerint sine contradictione nostrorum successorum quorumcunque, pacifice cum suis bonis, que nunc jam habent, possidebunt. Item volumus et seriose mandamus sub obtentu gratie nostre et

priuacione honoris, quod nullus vafallorum noſtrorum Domino Abbati et conuentui ſupradicto in dampnum et grauamen aliqua bona proprietatum ipſarum emere audeat quomodo vel preſumat, et conſenſus plenus Domini Abbatis et conuentus de Loco celi adhiberi debet. Alioquin iſta emtio irrita erit et inanis. Et noſcendum, quod Dominus Abbas et conuentus de Loco celi omnia et ſingula ſua bona abſque omni uexatione priuilegiorum ſuorum leſione ita libere, pacifice et quiete cum tali potentia et auctoritate debeat tenere, habere et poſſidere, ſicut et nos totum dominium noſtrum a predeceſſoribus noſtris poſſedimus et per gratiam Dei poſſidemus. Renunciantes inſuper ſolemniter expreſſe omni iuri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis, heredibus aut ſucceſſoribus noſtris in ipſis bonis omnibus et ſingulis expreſſus in ſuperioribus litteris et priuilegiis tactis et nominatim poſitis competeſcit, competit aut quomodolibet competere poterit in futurum. Recipientes ipſum monaſterium Locum celi cum omnibus ſuis pertinentiis et bonis quibuſcunq; ac fratribus pro tempore ibidem degentibus ſub noſtra ſucceſſorumque noſtrorum protectione, deſenſione et tutela ſpeciali. Inhibentes inſuper omnibus et ſingulis Capitaneis, Aduocatis ac Officialibus noſtris preſentibus et futuris, ne ſepredictum monaſterium Locum celi, fratres ac bona ſua predicta in aliquo moleſtare, grauare aut perturbare audeant vel preſumant. In cujus rei firmiter robur preſentes litteras et noſtro authentico ſigillo juſſimus roborari. Teſtes hujus rei ſunt Nobiles viri Domini Gunther et Vlricus, Comites de Lindow, Dominus Segerus, prepoſitus Stendaliensis, Theodoricus et Rolekinus, preſbiteri, Henricus de Redere, Henricus de Wedel, Hermannus de Luchou et Michabel, dictus Kratze, milites. Petrus Rako, Petrus Ryke et Conradus de Santoch, ciues noſtri de Landesberghe, cum aliis pluribus ciuibus et clericis fidedignis. Datum in dicta Noua Landesberghe, anno domini milleſimo trecentefimo VI^o, in vigilia Petri et Pauli apoſtolorum.

Aus Gercken's Cod. II, 322 nach dem Originale des Geh. Staatsarchives.

NB. Die Urkunde hat auch in der Originalausfertigung das lückenhafte Datum, wornach ſie in die Jahre 1326, 1336 oder 1346 geſetzt werden kann. Indefſen am 28. Juni 1346 war Ludwig überhaupt nicht in der Mark, am 28. Juni 1336 war er zu Wittenberg. Es bleibt alſo nur das Jahr 1326 übrig. Für dies Jahr paßt aber, wie Gercken ſchon richtig bemerkt hat, nicht der Titel Carinthie Dux, der dem Markgrafen um dieſe Zeit noch nicht gebührte. „Ueberhaupt“, bemerkt Gercken ſehr richtig, „iſt mir der ganze Schenkungsbrief faſt zu favorabel“. Wir haben in dieſem Documente wahrſcheinlich eine falſche Urkunde vor uns.

XVI. Markgraf Ludwig beſtätigt dem Kloſter Colbaz oder dem zu errichtenden Kloſter Himmelsſtadt die Schenkungen ſeiner Vorgänger, am 15. Auguſt 1328.

Nos Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Luſatie Marchio, Comes Palatinus Reni et Bauarie Dux. Vniuerſis ac ſingulis, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, ſalutem et omne bonum. Accedens ad Serenitatis noſtre preſentiam venerabilis et religioſus vir Dominus Theodoricus, Abbas monaſterii in Colbaz ordinis Ciſterciensis, nobis humiliter ex parte ſui et conuentus ipſius ſupplicauit, quatenus priuilegia, libertates, emunitates, gratias, donationes, iurisdictiones et jura per illuſtrem principem Dominum Albertum, Marchionem Brandenburg-

fem pie memorie, ipsis concessas et data ratificare, approbare, confirmare et punctatim in omnibus et singulis articulis et clausulis suis lucidius declarare auctoritate nostri principatus ac maiestate gratiose dignemur. Nos igitur ad honorem Dei omnipotentis et sue genitricis gloriose semper virginis Marie et ob salutem illustrium principum Marchionum Brandenburgensium, predecessorum nostrorum ac heredum et successorum nostrorum animarum memoriam et remedium salutare, venerabilis Domini Theodorici, Abbatis monasterii predicti, ac ipsius Conuentus rationabilibus et honestis supplicationibus benignius inclinati, priuilegia, libertates, gratias, donationes, emunitates, iurisdictiones et iura, utpote prouide, salubriter et benigne donata ex nostra certa scientia lucidius declaramus in hiis scriptis. In primis recognoscentes predictorum honorum proprietatem ad predictam ecclesiam Colbazensem vel ad Locum coeli, si construetur, immediate pertinebunt. Si autem predicti vassalli in appropriatis villis monasterio Colbaz aut Loco coeli predicta vendere debebunt, tunc Domino Abbati in Colbaz aut Abbati in Loco coeli vendere tenebuntur, et ipsi Abbatibus aut unus eorum pleno iure cum prouentibus et fructibus uniuersis possidebunt. Item quod ciues villarum Genyn, Pirene et Viez debeant esse contenti propriis limitibus, sic debet intelligi, videlicet in paludibus, pratis, pascuis, agris cultis et incultis, pro eo autem, quod pecudibus Mericam attingere debeant et possunt et hoc est de nostra licentia et fauore speciali, ita tamen quod auenam ipsis per nos impositam annuatim soluere tenebuntur perpetuis temporibus nobis ac successoribus nostris, quam auenam nolumus augeri nec minui. Insuper talem gratiam facimus eidem, quod cum ligna qualiacunque seu carbones de mericis eorum vendiderint, per emtores duci possunt ad ciuitates, opida, villas et loca ipsis conuenientia nostris viis et stratis per nemora, siluas et campos sine impedimento lucariorum et custodum nemorum nostrorum et famulorum eorundem quorumcunque. Et notandum, quod omnia et singula bona in literis illustris principis Domini Alberti, Marchionis Brandenburgensis pie memorie, conscripta et posita cum omnibus pertinentiis, prouentibus, fructibus et redditibus, etiam quocunque possunt censi vocabulo, etiam cum redditibus mellis, omni exceptione postergata et postposita, approbamus, ratificamus et confirmamus, nihil iuris in predictis bonis nobis aut nostris successoribus penitus omnino referuantes. Sed omnia pure propter Deum ecclesie Colbacensi aut ecclesie noui monasterii futuri, quod per Dominum Albertum Locum coeli scimus appellatum, pro nobis, heredibus ac successoribus nostris fauorabiliter remuneramus et deuote donamus litteras per presentes auctoritate nostri principatus iusto libertatis ac proprietatis titulo perpetuo possidenda. In cuius rei firmiter testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes hujus facti sunt Nobiles viri Domini Guntherus et Vlricus, Comes de Lindow, Hinricus de Wedele et Michahel, dictus Cratz, milites, Tidericus et Rulekinus, presbiteri. Petrus Rakou, Petrus Rike et Conradus de Zantoch, ciues nostri de Landesbergh, cum aliis pluribus fide dignis. Datum in dicta Noua Landesberghe, per manum Hermanni de Luchou, anno domini Millesimo CCCmo XXVIII., ipso die assumptionis B. Marie virginis gloriose.

Nach dem Originale in Gercken's Cod. II, 319 und Diekmann's Sammlung fol. 300.

XVII. Graf Benjamin in Namkonow bekundet, daß Dorf Borkow dem Albert Pusch zu Lehn gegeben zu haben, am 22. Juli 1335.

In nomine domini Amen. Humani generis actiones memoriam perpetuam indigentes plerumque ab hominum notitia dilabuntur, si non literarum et testium munimine confirmantur. Igitur nos Benjamin in Namkonow, filius Comitis Benjamin, quondam Palatini Polonie, una cum dilecto patruo nostro Andrea notum facimus uniuersis presentibus et futuris presentium notitiam habituris, quod de non ficta voluntate et salubri habito nostrorum amicorum et subditorum unanimi consilio et consensu honesto viro, nobis dilecto, Alberto Pusch suisque legitimis heredibus vel successibus, cuiuscunque conditionis fuerint siue status, villam nostram Borko, nobis ab antiquo jure patronatus pertinentem, integraliter infra suas metas cum suis agris, cultis et incultis, siluis, nemoribus, pratis, paludibus, mellificiis et omnibus aliis utilitatibus, prout eam pater noster felicis memorie et nos ab initio possidemus, omnimodo damus et conferimus sine omni et quolibet seruitio vel obsequio in perpetuum hereditario jure possidendam. Superaddimus eidem Alberto Pusch supra dictam hereditatem Borko secundum liberum arbitrium commutare, vendere seu donare, cum ipsis processu temporis videbitur expedire. Ut autem hec nostra donatio robor obtineat perpetue firmitatis, presentem paginam nostri sigilli munimine roborauimus. Actum anno dominice incarnationis M^o. CCC^o. XXXV^o., presentibus his testibus Comite Janiken de Solwen, milite nostro, Vlrico Slauo, Jacobo, domino de Wisfare, Conrado de Derdebusch, Heskino, Hermanno Drebel et Conrado Brudo aliisque pluribus fidedignis. Datum in Namkanow, in die sancte Marie Magdalene.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. X. In Dickmann's Copialbuche des Geh. Staatsarchives mit der Jahreszahl 1330.

XVIII. Markgraf Ludwig befehlt pfandweise die von Jagow und von Uchtenhagen mit Zantoch, am 20. September 1335.

Wir Ludovig etc. bekennen an diesem openen brife, dat wi den vromen luden henninge vnd Mathyse, brudern, geheiten von Jagowe, vnd claus, eren vedern, vnd henninge vnd arnde von vchthenhagen hebben geliben vnd ligen en vnd eren eruen vnd ersnamen mit samender hant to rechteme lene vor vir hundert marg brandenburg. siluers vnd gewichtes dat hus to zantoch mitten halben tolle tu zantoch vnd daz dorp to techowe mit bogesten, mit sieden richte, mit wagen dinste vnd mit alle dem ander dinste, wo man den genenen mag, mit bede, mit acker, gewonnen vnd vngewonnen, mit water, mit wischerie, mit weide vnd bi namen mit des hertoghen wese, mit holte, mit brucke, an wiffche, an velde, also wi dat heben gehat mit alme rechte; In dem dorppe tu fellin penninge bede, corn bede, vleyf bede mit wagen dinste; in dem dorppe to berenvelde penninge, corn vnd vleyf bede vnd den wagen dienst; in dem dorppe

henrichedorpp penninge, corn, vleyf bede, mit wagendinst vnd in dem dorpe Mertenfdorpp penninge, corn, vleyf bede mit alme rechte, als wi dat vorgeante gut hebben gehat, sunder allerleige argelift vredelicke to besittende an allerleige hinder. Weret och, dat si icht verbuden an dem vorgeanthen huse to zantoch eder an der bruken eder wor an des were, dat redelike bewisen muthen si, dat scole wi em gelden, wenne wie dat hus weder kopen: wolden si ok dat hus laten durch er noet, dat scole si laten vfen mannen, dat scole wie lighen vor scultgelt, als vorgescreuen ist. Dit vorgeanthe hus tu zantoch scal och vse oppen hus wesen to al vfen noten, sunder allerleyge argelift. Wi vnde vse nakomen mogen och dat vorgeanthe hus tho zantoch mit alle dem gudde, dat hir vorgescreben steit, weder kopen, wan wie welle oder mogen, van en vnd eren eruen vmb szulk gelt, als hir vorgescriben steit. In cuius Testes episcopus Caminensis, her guffo, Johannes buch, Iudeke wedel, esolderith. Anno domini M^o. CCC^o. XXXV^o. In vigilia mathei ewangeliste.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg Bl. 26, No. XIX.

XIX. Abt Ditmar von Sameritzkow berichtet dem Markgrafen Ludwig, wie ein Bürger zu Drossen die Stadt Neu-Landsberg wegen der ihr verkauften Mühle Vogelsang ungebührlich in Anspruch nehme, am 30. September 1335.

Illustri Principi ac inclito Domino Ludowiko, Marchioni Brandenburgensi, Frater Ditmarus, Abbas in Sameritz, Ordinis Siftertensis, Posnaniensis Diocesis, Orationes in Christo deuotas et beatam spem cum iustis in aduentu Iudicis expectare. Coram Generositate vestra presentibus recognoscimus, Quod Nicolao Sculari, olim ciui in Drossena, in IIII Marcas argenti tenebatur, quas ei ex molendino nostro, quod dicebatur Vogelsangk pro tunc, quando adhuc illud molendinum ire et molere aptum fuit, persoluebatur, postea uero ipso molendino deserto et desolato eidem Nicolao illas IIII marcas ex nostro Monasterio et Claustro et ex ceteris nostris bonis, ubi habere poteramus, soluebatur. Vnde nos considerantes, quod nullum fructum ac usufructum ex illo molendino percipere potuimus, tandem Ciuitati Landespergk, iuxta quam situm erat, locum et aream ipsis cum aliis bonis, ipsi molendino non annexis rationabiliter vendidimus pro bonis non detentis et bonis non perplexis, cum utique illud molendinum ipsi Nicolao neque pro hereditario nec proprietate vnquam fuerat resignatum. Quare recognoscimus lucide, quod si dictus Nicolaus aut aliquis suo nomine Consules aut Cives in Landtspergk pro hac re impeteret ac molestaret, — nostri et Monasterii nostri interest, defectum, si quem ipse Nicolaus perinde sustinuit recompensare, et ipse nos pro hoc habet et non alios inculcare. Item protestamur, quod dicti Consules Ciuitatis exhibuerunt se ad omnem iusticiam ipsi Nicolao faciendam coram Sculteto et pluribus aliis idoneis, ne iidem vexarentur amplius ab eodem. Datum ipso die sancti Jheronimi Confessoris, Anno Domini M^o. CCC^o. XXXV^o., nostro sub sigillo.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XI.

XX. Markgraf Ludwig verleiht den Gebrüthern Rakow in Neu-Landsberg Gebungen in Soldin und an ihrem Wohnorte, am 6. September 1338.

Anno domini M. CCC. XXXVIII., in templin, die dominica ante Nativitatem beate virginis, contulimus et presentibus conferimus discretis viris henrico et petro, dictis Rakowe, fratribus, ciuitatis noue Landsberg ciuibus, ipsorumque veris et legitimis heredibus vna et coniuncta manu, XIII^{or} talenta denariorum Brandenburgensium cum II solidis denariorum annuorum reddituum in censu manforum ciuitatis nostre Soldin, quatuorque choros siliginis in molendino predictae ciuitatis noue Landsberg, eo iure, quo antecessores eorum a nobis tenuerunt, sine impedimento quolibet perpetuis temporibus possidendos. In cuius etc. Testes Buch, Yfeltersrider, Io. Hufener, Bombrecht, pincerna, cum ceteris fide dignis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XXI. Markgraf Ludwig gestattet der Stadt Neu-Landsberg das Recht zur Erhebung eines Zolles von durchgehenden Waaren, am 10. Februar 1340.

Lvdouicus etc. Prudentibus viris etc. Ob ampliacionem rerum, commoditatum et honorum vestrorum, quibus meritorum vestrorum commendabilium consideratione sollicita mente nitimur intendere, vobis, successoribus vestris hanc prerogatiuam siue gratiam decreuimus facere singularem, videlicet, quod a mercimoniis quibuslibet et quibuscunque per aquam descendentes medietatem thelonei, quod quidem integraliter in castro nostro Zantach recipi consuetum est, in antea sine prohibitione qualibet perpetuis temporibus recipere valeatis, Lignis ad edificia et ad structuras domorum valentibus, que tamen theloneum plenum et integrum soluere tenebuntur, duntaxat exceptis, liberam et omnimodam damus et concedimus facultatem, Supportantes singulos et vniuersos vestros conciuues corporali vobis residencia commorantes, sic quod ad huiusmodi premissi thelonei dationem siue solutionem in antea minime teneantur. Referuantes tamen nobis, heredibus et successoribus nostris medietatem omnium obuentionum et deriuacionum ex ipso euenire potentium, residuamque medietatis partem vestris, successorum vestrorum et ciuitatis vestre volumus vobis applicari. In cuius etc. Testes Guntherus comes de swarzburg, Io. de Büch, Io. Hufener, Beringerus Helo, Bonbrecht etc. Datum Berlin, feria quinta ante dominicam exurge, anno domini M^o. CCC^o. XL^o.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.).

XXII. Markgraf Ludwig gestattet der Stadt Neu-Landsberg, die Hälfte des Zolles zu Zantoch einzunehmen, und befreiet die Bürger der Stadt von Zollabgaben an diesem Orte, am 18. Februar 1340.

Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauarie, Sacri Romani imperii Archi-Camerarius, Prudentibus viris et discretis Consulibus et vniuersitati ciuitatis noue Landtspergk gratiam et notitiam subscriptorum. Ob amplificacionem rerum, commoditatum et honorum vestrorum, quibus meritorum vestrorum commendabilium consideratione solida mente intendere nitimur, vobis, successoribus vestris hanc prerogatiuam siue gratiam decreuimus facere singularem, Videlicet quod a mercimoniis quibuslibet et quibuscunque per aquam descendentibus medietatem theloni, quod quidem integraliter in castro Zantoch recipi consuetum est, in antea sine prohibitione qualibet perpetuis temporibus recipere valeatis, lignis ad edificia et ad structuras domorum valentibus, que tamen thelonium plenum et integrum soluere tenebuntur, duntaxat exceptis, liberam et omnimodam damus et concedimus libertatem, supportantes singulos et vniuersos vestros conciuos corporali vobis residentia commorantes, sic quod ad huiusmodi promissi theloni dationem siue solutionem in antea minime teneantur. Reseruantes tamen nobis, heredibus et successoribus nostris medietatem omnium obuentionum ex ipso peruenire potentium residuamque medietatis partem vestris, successorum vestrorum et ciuitatis vestre volumus vsibus applicari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes vero huius sunt Nobilis Gunterus Comes de Schwartzburgk, dominus Johannes de Buch, Capitaneus noster dilectus, Johannes Hufener, Camere nostre Magister, Heylo, Marschalcus, Bombrecht, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, Anno Domini M^o. CCC^o. XL^o., feria sexta ante Dominicam Exurge.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XII. In der Diekmann'schen Urkunden-Sammlung des Geh. Staatsarchives fol. 211 befindet sich dieses Document mit dem Datum feria quinta ante etc. d. i. den 17. Februar.

XXIII. Mathias und Nicolaus von Jagow geben der Stadt Neu-Landsberg zwei Wispel Getreidepacht aus der Spitzmühle zu Lehn, am 5. Juni 1342.

In nomine Domini amen. Memorabilis testatio literarum acta modernorum deducit ad notitiam futurorum, non sinens ea supprimi suggestione fraudis aut erroris per temporum momenta. Nos igitur Mathias, miles, ac Nicolaus, famulus, patri, conditi de Jagow, coram uniuersis et singulis Christi fidelibus presentibus et futuris, ad quorum notitiam presentes litere peruenerint, recognoscimus lucide profitentes, quod diligenti deliberatione prehabita contulimus et presentibus literis conferimus laudabilibus viris Consulibus et toti vniuersitati ciuitatis noue Landesbergk redditus et proventus duorum Chororum — in molendino prope ciuitatem predictam, quod vulgari- ter dicitur Spizmole, omnibus et singulis annis in perpetuum absque contradictione et impedi-

mento sufferendos et pro vero feudo legitime possidendos. In cujus testimonium et evidentiam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum in castro Zantoch, anno domini M^o. CCC^o. XLII^o., feria quarta infra Octavas Corporis Christi, presentibus Arnolde de Stegeliz, Bernhardo, Henningo et Hermanno, fratribus, dictis de Wolkou, et quam pluribus aliis fide dignis.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XIII.

XXIV. Conrad, Stadtschulze von Neu-Landsberg, verzichtet auf alle seine Rechte auf die Mühlen Linde und Spitzmühle zu Gunsten der Stadt, am 1. Juli 1342.

Noverint uniuersi literarum presentium notitiam habituri, quod ego Conradus, prefectus et Scultetus ciuitatis noue Landesbergk, vendidi rite et rationabiliter et resignavi nomine meo et heredum meorum omnem et totalem hereditariam successionem, quam in duobus molendinis, sitis juxta predictam civitatem Landesbergk, scilicet Spitzmole et Linde, habui, ad utilitatem et indigentiam consulum et uniuersitatis totius ciuitatis memorate Landesbergk, renunciando omni impetitioni ex parte mei et meorum heredum. In cujus protestationem sigillum meum presentibus est appensum. Actum et datum anno domini M^o. CCC^o. XLII^o., feria secunda infra Octavam sancti Johannis Baptiste.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XIV.

XXV. Markgraf Ludwig befehlt Heinrich und Peter Rakow mit dem vierten Theile des Gerichtes zu Neu-Landsberg, am 17. Juni 1344.

Noverint etc. Quod nos etc. contulimus et presentibus conferimus discretis viris Henrico et Petro, fratribus, dictis de Rakow, civitatis nostre Landesberg civibus, fidelibus nostris dilectis, quartam partem iudicii civitatis nostre pretacte cum singulis et uniuersis pertinentiis eidem parti de jure vel ex debito pertinentibus, sub modis, formis, juribus, fructibus, commodis et honoribus, quibus prenotatam partem iudicii discretus vir Konekinus, scultetus noster ibidem, hactenus tenuit, possedit, in antea dicto phendi titulo perpetuis temporibus a nobis sine inquietatione qualibet quiete et pacifice possidendam. In cujus etc. Datum in nova Landesberg, MCCCXLIV, feria III infra octavas corporis Christi.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives S. 172.

XXVI. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Neu-Landsberg ein wüſtes Dorf,
am 2. März 1345.

Ludowicus etc. Discretis viris conſulibus totique communitati ciuitatis noue Landesberg etc. De eo, quod graua et intolerabilia periculorum diſpendia, que per ignis voragine nouiter eſtis perpeſſi, vobis veſtreque ciuitati predictæ in reſuſionem ſeu reſtaurationem dampnorum, que occasione huiusmodi voraginis incurriſtis, de mera mentis noſtre liberalitate aream ſiue locum ville iam deſerte damus, donamus et tenore preſentium appropriamus cum omni iure liberaliter, videlicet agris, pratis ſpecialibus, paſcuis, lignis, rubetis, aquis et paludibus dicte ville ex debito iure vel antiqua conſuetudine pertinentibus, nec non cum ſingulis et vniuerſis ſuis pertinentiis, quocunque nomine nuncupantur, perpetuis temporibus pacifice pertinendum. Renunciantes etc. Si quoque cuiquam in eadem quidpiam impetitionis ſeu actionis competeret, id ipſam componere debebitis ſecundum iuris exigentiam vel amorem. Datum ut ſupra (Soldin, Anno MCCCXLV, feria III^a ante Letare).

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.).

XXVII. Markgraf Ludwig ſchenkt der von Brandſchaden heimgeſuchten Stadt Neu-Landsberg das wüſte Dorf Dechſel, am 3. März 1345.

Ludowicus, Dei gratia Brandenburgensis et Luſatie Marchio — Discretis viris conſulibus et vniuerſitati ciuitatis noue Landſpergk, fidelibus ſincere ſibi dilectis, gratiam ſuam et omne bonum. De eo, quod graua et intolerabilia periculorum diſpendia, que per ignis voragine nouiter eſtis perpeſſi, vobis veſtreque ciuitati predictæ in reſuſionem ſeu reſtaurationem dampnorum, in que occasione huiusmodi voraginis incidiftis, de mera noſtra liberalitate aream ſiue locum ville Deffen iam deſerte damus, donamus et tenore preſentium appropriamus cum omni iure liberaliter, videlicet agris, pratis, paſcuis, lignis, rubetis, aquis et paludibus dicte ville ex debito iure et antiqua conſuetudine pertinentibus, nec non cum ſingulis et vniuerſis ſuis pertinentiis, quocunque nomine nuncupantur, perpetuis temporibus pacifice pertinentis. Renunciantes omni iuri actionique, quod vel que nobis, noſtris heredibus et ſucceſſoribus in ſepredicta villa competunt ac competere poterunt aliquo modo in futuro. Si quoque cuique in eadem quidpiam impetitionis ſeu actionis competeret, id ipſum componere debebitis ſecundum iuris exigentiam vel amoris. In cuius teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Teſtes vero ſunt ſtrenui viri Albertus de Wolueſhagen, Hele, Marſchalcus, Alemanus de Degenbergk, milites, Haſſo ſenior de Wedel, Gerke Wolff cum ceteris pluribus fidedignis. Actum et Datum Tancko, Anno domini M^o. CCCXLV., feria quinta ante Letare.

Aus dem Landberger Copialbuche No. XVI.

XXVIII. Kaiser Karl IV. bestätigt dem Kloster Colbatz alle seine Besitzungen,
am 7. Oktober 1345.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis feliciter amen. Karolus quartus, diuina fauente clementia Romanorum Imperator, semper Augustus et Bohemie Rex, ad perpetuam rei memoriam — religiosi abbas et conuentus monasterii in Colbas, ordinis Cisterciensis, Caminensis diocesis, deuoti nostri dilecti, maiestati nostre humiliter supplicarunt, quatenus ipsis vniuersa priuilegia, jura, libertates et gratias, immunitates, donationes et possessiones ac vniuersa et singula bona, que ipsi ex donatione aut largitione principum et quorumcunque dominorum habere, tenere et possidere noscuntur ad presens vel fortasse obtinere poterunt concedente domino in futurum, sub distinctis locorum et bonorum nominibus approbare, ratificare et confirmare de innata nobis benignitatis clementia dignemur. Nos vero predictorum abbatis et conuentus preclare deuocionis insignia et in mote fidei constantiam, quibus ipsi apud maiestatis nostre excellentiam commendati existunt, limpidius intuentes, supplicationibus ipsorum benignius inclinati, Omnia jura, priuilegia, libertates, emunitates, possessiones, donationes et gratias ac vniuersa et singula bona, cujuscunque conditionis et situs existant, que vel etiam ipsi ex donatione seu largitione principum aut aliorum quorumcunque dominorum habere, tenere et possidere noscuntur ad presens: signanter tamen et specialiter bona, que ab ipsis ex donatione illustrium principum et Ducum Pomeranorum, videlicet Bugizlai senioris et Bugizlai junioris, nec non Wartizlai, Cazemari, Suantobori ac Barnym senioris et Ottonis, filii ipsius, ac Barnym, filii ejusdem Ottonis, Ducum Stetinenlium, Pomeranorum, Slauiorum et Cassuborum, peruenisse noscuntur, utputa locum Colbas, in quo dictum eorum monasterium fundatum est, Opidum Dam, molendina ibidem et mericam, que Golnow nuncupatur, molendina prope opidum Gardis cum omnibus suis pertinentiis, Ladebo, Dambne, Muggendorp, Nienmarkt cum libero foro, Valkenberg, Babyn, Wardenberg, Belitz, Woltersdorp, Boryn, paruam Schoneuelt, Slauicalem Melne, Berticow, Stekelyn, Wirow, Woltin cum libero foro Garden, Sillizlaw, paruam Haghen, Wittstok, Clebow, Clütz, ambas villas Brünneken, Glyn, Bynow, Colow, Hoykendorp, Bucholt, Molenbeke, Doberpul, Jezeriz, villam Belcow et curiam Recow, villam Recow, Zelow, Colblank et paludem Strazene, Werben et octoginta marcarum redditus Brandenburgensis monete in Piritz, magnam Schoneuelt, Brodis, molendinum prope Brodis, Prilop, Sabas, Carcik, Trebene cum foro libero, Dolitz, Sandow, Hohenwolde, Schonewerder, Doberpul, Warfin, Luzcow, Riscow, magnam et paruam Horst, Et in terra Colbergenfi villam Cutfin et redditus salis in Colberg, villam Gogolow in terra Stetinenfi et duas curias cum libertatibus suis, quarum vna est in opido Stetinenfi et altera in vico ibidem prope claustrum monialium, et curiam in opido Griphenhaghen cum libertatibus suis et liberam piscaturam in stagno Dambe et molendina prope opidum Demynd et liberam potestatem piscandi in recenti mari cum vna lagena; Nec non donationem illustris quondam Alberti, marchionis Brandenburgensis, in Creuedesdorp, Lascow, curiam Creuedesdorp, Loppow, Gennyn, Pirene, Liuenow, Czasleuesdorp, Cornow, Niendorp, Hohenwolde et alia queuis bona, prout iusto tytulo adepti sunt et que iuste adipisci poterunt concedente domino in futurum, predictis abbati et conuentui ac eorum monasterio appropriamus et de conswete benignitatis clementia confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre approbationis, ratificationis et con-

firmationis paginam infringere aut ei aliquo ausu temerario contraire, sub pena quinquaginta librarum puri auri, quam se incurrisse cognoscat post grauem indignationem nostram, quarum medietatem fisco nostro Imperiali, residuam vero partem injuriam passorum vñibus decreuimus applicari.

Signum Serenissimi principis et domini, domini Karoli, Romanorum imperatoris, inuictissimi et gloriosissimi Bohemie Regis.

Testes hujus rei sunt Illustris Rudolfus senior, Saxonie Dux, sacri Imperii Archimarschalcus, et venerabilis Arnestus, Archiepiscopus Pragensis, Johannes Argentinensis, Fredericus Ratisponensis, Johannes Olomuensis, Theodoricus Mindensis, Episcopi, nec non Illustres Rodolfus junior, Saxonie, Primzko Tefschinensis, Johannes Opauiensis et Bosco Falkenbergenses Duces et alii quam plures, presentium sub Imperiali nostri sigilli testimonio litterarum. Datum Prage, anno domini M. CCCXLV., Indictione VIII, non. Octobris, regnorum nostrorum anno decimo, Imperii vero primo.

Nach einer Abschrift in der von Dregerschen handschriftl. Sammlung.

XXIX. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Neu-Landsberg die Pacht von 12 Hufen in Wendisch Zechow, am 21. Dezember 1345.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. discretis viris consulibus et universitati civitatis nostre nove Landsperg presentibus et futuris, fidelibus nostris dilectis, appropriavimus et appropriare decrevimus per presentes pactum XII mansorum, sitorum in Slavicali villa Zehove, cum singulis pertinentiis, ad dictum pactum rite pertinentibus, eo jure, forma et condicione, quibus dictum pactum cum suis pertinentiis Ulricus, quondam rector molendinorum in Prinzla, a nobis in pbeodo tenuit hactenus, in antea sub vero appropriacionis titulo perpetuis temporibus sine inquietacione qualibet pertinendum. Renunciantes etc. In cujus etc. testes Burggravius, Mutner, Wolfsteiner, Hele, magister coquine. Actum et Datum Berlyn, anno MCCCXLV, feria IV ante nativitatem Christi.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 312. Nach einem Copialbuche waren es 13 Hufen.

XXX. Markgraf Ludwig verpfändet der Stadt Berlin seine Hebungen aus den Städten Neu-Landsberg, Morin, Schönfließ und Lippehne, am 5. Januar 1347.

Noverint vniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus, Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes Palatinus Rheni, Bavarie et Karinthie Dux, Sacri Romani

imperii Archicamerarius, Tyrolis et goricie Comes, obligamur et tenemur Prudentibus viris Consulibus civitatum Berlin et Cölne, fidelibus nostris dilectis, in centum marcis argenti Brandenburgensis nobis in parato benevole mutuatis, quas ipsis de exactione terre marchie, ad supplendum defectum in novem milibus marcarum argenti communiter imposita, nobis ad huc deficientem deputavimus vel saltem de pensionibus civitatum transoderanis, videlicet nove Landsberg, Schönenfliet, Morin et Lyppen, super festo beate Walburgis proxime venientis nobis debendis, percipiendas et presentibus deputamus. Si vero prenotatis nostris fidelibus in premissarum duarum partium vel altera eciam perceptione, obstaculum, defectus seu impedimentum in toto vel in parte quomodolibet eveniret, hunc defectum Guntherus Comes in Schwartzburg, Johannes de Hausen, curie nostre magister, et Albertus de Wolfstein, nostri fideles, ipsis debebunt et tenebuntur, sine ipsorum consulum prejudicio et damno rationabili, nostri nomine restaurare. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum in Berlin, anno domini M^o CCC^o XLVII^o, in vigilia Epiphanie.

Fidicin IV, 32.

XXXI. Nicolaus von Jagow überläßt dem Bürger Heinrich Bulen die Honigbeutthen in einem gewissen Bereich seiner Besitzungen, am 15. Februar 1347.

Ad uniuersorum et singulorum Christi fidelium notitiam, quibus exhibitum fuerit presens scriptum, ego Nicolaus, dictus de Jagou, famulus, cupio lucidius peruenire protestando, quod rite et rationabiliter contuli et presentibus confero discreto viro Henrico, dicto Bulen, suisque legitimis et veris heredibus omnia mellificia inclusa in bonis et distinctionibus meorum honorum dictorum Sommerlate usque ad terminos honorum Glinik et Trebesitz et usque ad paludem, in quam fluuius dictus Cronitz fluit, et omnia mellificia, que in dictis terminis facere poterint in posterum, pro suis commodis libere et hereditarie absque omni impedimento possidenda, et cuiunque, si placuerit, pro legitima hereditate vendenda. In cujus testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno domini M^o. CCC^o. XLVII^o, feria quinta ante Dominicam Inuocauit.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XVII.

XXXII. Markgraf Ludwig belehnt Henning und Arnold von Uchtenhagen mit Legsdorf bei Neu-Landsberg, am 14. Oktober 1347.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. contulimus et presentibus conferimus strenuis viris Henningo et Arnoldo, fratribus, dictis de Uchtenhagen, fidelibus nostris dilectis, ipforumque veris et legitimis heredibus precariam cum servicio curruum ville Legstorp, prope civitatem nostram Landsberg novam site, cum omnibus juribus, graciis, commodis et honoribus, quibus precariam et servicium premissum huc usque tenuimus et possidemus, in antea perpetuis temporibus sine inquietacione qualibet quiete et pacifice possidendam. In cujus etc. testes Lochen, Wedel senior, Brederlow, Rochowe, Bredow cum ceteris. Datum Berlin, Anno MCCCXLII, dominica ante Galli.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 98.

XXXIII. Markgraf Ludwig belehnt Heinrich und Peter von Rakow zu Neu-Landsberg mit Mühlpächten bei der Stadt, am 27. Mai 1348.

Noverint etc. quod nos etc. contulimus etc. discretis viris Henrico et Petro, fratribus, dictis de Rakow, civitatis nostre nove landesbergh civibus, fidelibus nostris dilectis, ipforumque etc. III^{or} choros siliginis annuatim pactus, sitos in molendino proxime dicte civitati adiacente, cum omni jure, gracia, commodo et honore, quibus progenitor ipforum et ipsi dicti fratres Henricus et Petrus eisdem III choros hactenus possederunt et nostras literas desuper confectas habuerunt, quas quidem litteras occasione XIII frustorum, eisdem infertorum, consulibus in Soldin venditorum, presenterunt, in antea pacifice seu quiete sine impedimento quolibet perpetue possidendos. In cuius — testes Lochen, capitaneus, Hasso senior, Brederlow, H. de Wolkow, milites, Nicolaus de Wolkow, Buffo de Redern et Gruelhuth. Datum Byfdal, Anno M^o CCC^o XLVIII^o, feria tertia ante ascensionem.

Aus der von Sachwitz'schen Sammlung.

XXXIV. Markgraf Ludwig belehnt Heinrich und Peter von Rakow mit dem vierten Theile des Gerichtes zu Neu-Landsberg, welchen der Schulze Konekin besessen, am 24. Juni 1348.

Noverint etc. quod nos etc. contulimus et presentibus conferimus discretis viris Hen. et petro, fratribus, dictis de Rakow, ciuitatis nostre Landelberg ciuibus, fidelibus nostris dilectis, quartam partem iudicii ciuitatis nostre pretacte cum singulis et vniuersis pertinentiis, eidem parti de iure uel ex debito pertinentibus, sub modis, formis, iuribus, fructibus, commodis et honoribus, quibus prenotatam partem iudicii discretus vir konekinus, schuletus noster ibidem, hactenus tenuit, possedit, in antea debito pheidu titulo perpetuis temporibus ab nobis sine inquietacione qualibet quiete et pacifice possidendam. In cuius etc. Datum in noua Landelberg, Anno M^o CCC^o XLVIII^o, feria III infra octauas Corporis cristi.

Aus Sachwitz'scher Abschrift.

XXXV. Markgraf Ludwig ermäßigt die von der Stadt Neu-Landsberg zu leistende Urbede, am 26. September 1348.

Nos Ludovicus etc. coram vniuersis presentibus et futuris, ad quos presentes peruenerint, profiteamur, quod discreti viri consules et vniuersi ciuitatis nostre noue landelberg ciues, presentes et qui pro tempore fuerint, fideles nostri dilecti, in vera seu debita pensione sua annua, quam suorum meritorum consideracione partem relaxamus per presentes XX marcarum Brandenb, duobus solucionis terminis, videlicet in festo Martini XXXV marcas et in festo beate valburgis XXXV marcas, singulis annis deinceps succedentibus debebunt nobis, heredibus et successoribus nostris in antea perpetuis temporibus erogare, soluere seu dare. In cuius — Testes ut supra. Datum Arnswold, feria sexta ante Michabelis.

Aus den Dickmann'schen und Sachwitz'schen Sammlungen.

XXXVI. Markgraf Ludwig überläßt der Stadt Neu-Landsberg zum Wiederaufbau nach dem Brande und zum Ersatz für die besessene Holzniederlage seinen Zoll vom Holz daselbst, am 27. September 1348.

Noverint uniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Bavarie et Karinthie dux, sacri

Romani Imperii Archicamerarius, Tirolys et Goricie Comes. Defolationem et perniciem Civitatis nostre nove Landesperg considerantes, quas per ignis voraginem pertulit, ut novimus evidenter, pensantes id etiam, quod ipsam quondam per privationem sue depositionis lignorum, que vulgariter dicitur up wasschen holt, quam habebant antiquitus, operavimus satis multum, qua restituta, et ne per huiusmodi deinceps a nobis pregraventur, eidem Civitati nostre conferimus, damus et donamus in refusionem depositionis ablationis predictæ et ut civitatem melius munire valeant, integrum theloneum nostrum, ibidem Situm, cum singulis suis pertinenciis, juribus et honoribus, ad idem theloneum Spectantibus ex debito vel ex jure, ipsi civitati iusto proprietatis titulo perpetuis temporibus pacifice pertinendum, Sic quod de lignis brevibus in Zantok integrum theloneum dantibus apud se in predicta Civitate Consules presentes et futuri medietatem et de longis lignis Structure seu edificature aptis integrum Theloneum recipere poterunt et debent, impedimento nostri, heredum ac Officiatorum nostrorum quorumlibet quiescente. Renunciantes pro nobis et heredibus nostris omni juri, actioni ac impetitioni, que nobis in premissis theloneo competunt vel competere poterunt aliquantulum in futurum. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri munimine firmiter communitas. Testes vero hujus sunt strenui viri Hasso senior de Wedel, Albertus de Wolfstein, Bethkinus de Ost, Hasso de Valkinburch, Thylo Breyderlo, Milites, et Henning de Vchtenhayn cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in Arnswalde, Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, feria sexta ante festum Beati Michaelis Archangeli.

Aus der Gundling'schen Urkunden-Sammlung Mspt. III, 2. S. 129. Buchholz V, 72.

XXXVII. Markgraf Ludwig der Römer gelobt der Stadt Neu-Landsberg, sie wegen der Gelübde, die sie seinetwegen den Städten Königsberg, Soldin, Schönfließ und Lippehne gethan hat, schadlos zu halten, am 6. August 1349.

Wir Ludewig etc., genant die Romer, bekennen apenbar met dessem brefe, vmb det gelovende, dat die beschedene lude, die rathmanne der Stadt zu Landsbergk, vor vns vnd van vnserntwegen gedan hebben den beschedenen luden, den rathmannen der stede Koningspergk, Soldin, Schonfliet vndt Lippen, dieseluen deyding stedte thu holten, die wir en verfehriuen vndt verbrinet hebben, dat wy sy defz gelouedes schadlosz halten schölen, vndt schollen die daran bewahren kegen allermentlich vndt tu allen thyden ane argelift. Darouer etc. Tu vrkunde hebben wie en defzen bref gegeuen besiegeldt met vnfen insiegeln, die gegeuen ifz tu Soldin, na Gades geburt dusent iar dryhundert iar vndt in dem negenden vnd viertigsten iare, an Donnersttag vor Laurencii.

Aus der Dickmann'schen Sammlung im Königl. Geh. Staatsarchive zu Berlin.

XXXVIII. Markgraf Ludwig gewährt der Stadt Neu-Landsberg, welche für ihn dem Könige von Dänemark und dem Herzoge von Sachsen Zahlungen geleistet hat, eine weitere Herabsetzung der Urbede, am 6. Dezember 1349.

Noverint etc. quod nos etc. in refusionem quitacionis pignoris Swagero nostro Domino Woldemaro, regi danorum, auunculo nostro duci Erico Saxonie et nobis pro nunc in ciuitate nostra noue Landesberg per discretos viros consules eiusdem ciuitatis, fideles nostros, beniuole facte, condescendimus et presentibus condescendere decreuimus pretactis consulibus presentibus et futuris in XVIII marcas argenti Brandenburgensis pensionis sue annue nobis hactenus duobus anni terminis datas, sic quod ipsos deinceps perpetuis temporibus singulis annis de eisdem XVIII marcis argenti sine qualibet nostri, heredum, officiorum et aduocatorum nostrorum, presencium et futurorum quorumlibet, exigencia liberos quitare volumus et omnimodo supportatos. In cuius etc. Testes Swartzburg, Lochen, Hen. de Vchtenhagen, Hen. de Wedel, Bombrecht, G. Wulff et Jo. de Wedel. Datum in Soldin, Anno M^o CCC^o XLIX^o, die sancti Nicolai.

Aus der v. Sachwitz'schen Sammlung.

XXXIX. Markgraf Ludwig gestattet den Einwohnern Neu-Landsbergs, ohne Zollentrichtung Heringe von Stettin einzuführen, am 1. Januar 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. considerantes fidelia obsequia, nobis per discretos viros consules civitatis nostre Landesberg, fideles nostros, hactenus exhibita et in posterum nobis et heredibus nostris fidelius exhibenda, ipsis et ipsis civitatis incolis corporali residencia seu realiter civibus ibidem existentibus presentibus et futuris gratiam fecimus singularem, sic quod allicia per terras nostras infra civitatem Stettin usque in civitatem nostram pretactam nove Landesberg in curribus ducere potuerint singulis annis, sine cuiuslibet theolonii dacione, eciam sine nostri, heredum, officiorum et aduocatorum nostrorum presencium et futurorum quorumlibet obstaculo, quociens ipsis fuerit opportunum. In cuius etc. Testes Swartzburg, Hasso senior et Hasso de Valkenburg, Henricus T. Vchtenhagen, Ost, milites, Johannes de Wedele. Datum in Noua Landsberg, die circumcissionis domini, Anno etc. MCCCCL.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 238 und der v. Sachwitz'schen Sammlung.

XL. Markgraf Ludwig vereignet eine Hebung aus dem Hufenzinse Neu-Landsberg's für einen in der Pfarrkirche der Stadt zu errichtenden Gedenken-Altar, am 1. Januar 1350.

Nouerint etc. quod nos etc. ad instantem requisicionem discreti viri konekini Santoch, ciuitatis nostre noue landesberg ciuis, appropriauimus et appropriare decreuimus octo solidos nouorum denariorum in censu manforum ciuitatis nostre premisse sitorum, singulis annis in festo beati Martini deriuandorum, altari in ecclesia parrochiali ciuitatis pretacte pro commemoracione exulum animarum dedicando, solempni renunciacione pro nobis, heredibus et successoribus nostris adhibita, perpetuis temporibus sine inquietacione qualibet percipiendos. In cuius etc. Testes — datum vt supra (Noua Landesberg, Anno L^o, die circumcissionis domini).

Aus v. Sachwitz'scher Abschrift.

XLI. Markgraf Ludwig verschreibt dem Rath Neu-Landsberg's den Anfall von 10 Fl. aus dem Hufenzinse der Stadt, am 1. Januar 1350.

Nouerint etc. quod nos etc. intuitis et consideratis meritis et fidelibus obsequiis, nobis per fideles nostros dilectos, consules ciuitatis nostre Noue landesbergh, exhibitis, eidem et vniuersis ciuibus eiusdem presentibus et futuris damus et donauimus per presentes deuolucionem X florenorum reddituum annuorum, sitorum in censu manforum ibidem, quibus renunciauimus solempniter, sic quod ad ipsos et ad dictam ciuitatem perpetuis temporibus iusto perpetuitatis titulo pertinere (debent). In cuius etc. Datum vt supra (Nova Landesberg, Anno L^o, die circumcissionis domini).

Aus der v. Sachwitz'schen Sammlung.

XLII. Markgraf Ludwig befreiet die Stadt Neu-Landsberg wegen erlittenen Brandes auf 5 Jahre von allen Abgaben und Leistungen, am 29. Mai 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. discretorum virorum consulum et vniuersorum ciuitatis nostre noue landesberg ciuium, grandem concernentes inopiam, deuastacionem et desolacionem ciuitatis predictae, quam uel quos per ignis voraginem nouiter sunt perpeffi, eidem consulibus et vniuersis ciuibus predictis de mera mentis nostre beniuolencia maturaque deliberacione no-

strorum consiliorum prehabita, ob id, quod porte, propugnacula ceteraque ipsius ciuitatis munimenta cicius reformentur et eciam eius pauperies, in quam occasione premisse voraginis inciderint, releuetur, talem gratiam fecimus per presentes, quod ipsos et ciuitatem presatam ab annua pensione, ipsis a seruiis et honoribus quibuscunque, nec non a qualibet donacione alia quacunque per quinquennium seu quinque annos a data presencium continue succedentes supportamus et habere volumus supportatos, ipsam ciuitatem in hunc modum, vt premititur, libertantes. In cuius etc. Testes Hen. de Vchtenhagen, Ost, Jo. de Wedel, Morner, prothonotarius, Kune Hockmann senior cum ceteris. Datum Morin, Anno M^o CCC^o L^o, Sabbato infra octauas corporis cristi,

Aus der v. Sackwiz'schen Sammlung.

XLIII. Markgraf Ludwig verspricht dem Hofmeister zu Crevestorf beim Holz- und Kohlenverkauf den Beistand seiner Forstbedienten, am 7. Oktober 1351.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, quod nos Ludovicus, dei gracia etc., religiosus viris magistro curie in Crevestorph presenti et qui pro tempore fuerit, necnon fratribus ibidem deo seruiantibus ordinis Cisterciensis Caminensis dyocesis, deuotis nobis dilectis, talem gratiam facimus per presentes, quod cum ligna qualiacunque seu carbones de mericis, lignetis uel rubetis suis vendiderint, aut per suos subfides ad ciuitates, opida, villas et loca ipsis conueniencia duci procurauerint uel per se ducere decreuerint nostris viis et stratis per nostra nemora, siluas et campos nostros dirigentibus in premissis ducendis frui debeant et gaudere sine impedimento Lucariorum seu custodum nemorum nostrorum uel famulorum eorundem custodum eciam quorumcunque. Mandantes officiatis nostris quibuscunque et mericarum nostrarum custodibus presentibus et futuris nostre graciae sub optentu, ne contra presentem gratiam nostram in perpetuum quidquam faciant seu facere quomodolibet audeant uel presumant, sed nostri nomine quoslibet ipsorum fratrum ligna uel carbones ducentes per nostras vias et stratas vndique transire sinant pacifice et quiete. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in noua Berlyn, Anno domini Milleesimo Tricentesimo Quinquagesimo primo, feria sexta proxima post diem beati francisci confessoris.

Nach dem Originale des Geh. Staatsarchives.

XLIV. Markgraf Ludwig der Römer genehmigt die Verpfändung seines Dorfes Ragdorf an die Stadt Neu-Landsberg, am 24. September 1352.

Nos Ludovicus Romanus etc. recognoscimus, cum strenuus vir fidelis noster Hasso Ruffus de Wedel in nostra prefencia constitutus oretenus informat, quod villam nostram Ratzstorff pro C et L marcis viukonenium fidelibus nostris dilectis consulibus in Landesberg quousque de dicta pecunia summa eisdem integraliter fuerit satisfactum, rite et rationabiliter pignoris nomine obligaverit, quod nos dicte ville nostre obligacionem per dictum de Wedel, prout nobis retulit, sic factam, gratam et ratam habere volumus et presentibus approbamus, sic tamen, cum de eisdem ville nostre proventibus de premissis C et L marcis integraliter, ut premittitur, dictis consulibus fuerit satisfactum, quod tunc sepedicta villa sine qualibet ipsorum contradictione, ad nos velut antea libera et soluta devolvatur. In cujus etc. presentibus G. junior de Swartzburg, Hasso de Valkenburg, Hasso de Vchtenhagen, Henricus de Wedel, Langvelder, milites, Johannes de Wedel, Henricus Wiltperg cum ceteris. Datum Dramburg, Anno domini MCCCLII, feria II post Mathei.

Aus Diefmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives t. 284.

XLV. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet der Stadt Neu-Landsberg seine dortige Wiese, am 6. Dezember 1352.

Wissen sullen etc., das wie Ludewig die Romer etc. den Bescheyden luten den Rahtmannen vnser Stadt zu Nüwen Landisperg gelaten hebben vnd lathen ouch met dissem Briue vnse wesze etc. vor sunzig punth vynkenogen, der wie en schuldich sien vnd gelden sullen, alzo daz sie dieselbe vnser wesze alzo lange inne haben, halden vnd nytzen sullen met allen rechten, nutzen vnd tobehorunghen, die darzu van aldir gebort haben, bizz wie eder vnse erbenn sie des vorgnanten geldes verricht vnd gewert gar vnd gentzlich. Wer ouch, daz der hörker bowiszen mocht, dat etlich recht hette vp derselben wesze, noch danne sollen sie vnser vorgenannte rahtmanne inne haben vnd nützen, als vff schreiben steith, byz sie eres geldes gentzlich botalet vnd entricht worden. In cujus etc. presentibus Schwartzburg, Kothbufz, Ost, Lotterpek, Morner. Datum Tankow, Anno MCCCLII, in die beati Nicolai episcopi et confessoris.

Aus Diefmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives t. 95.

XLVI. Heinrich von Brederlow, der das Schloß Zantoch gekauft und dem Markgrafen abgetreten hat, bekundet, dafür wiederkäuflich die Hogeheyde bei Königsberg empfangen zu haben, am 14. August 1353.

Coram omnibus singulis christi fidelibus presencium noticiam habituris Ego Henricus, dictus de Brederlow, nomine meo, meorum heredum omniumque meorum amicorum, quorum interest vel interessé poterit, publice recognosco, quatenus gracia salubri et favore inclitus princeps, generosus meus dominus, Ludovicus Romanus, marchio Brandenburgensis, michi meisque veris heredibus et amicis contulit mericam prope Konigesberg, que vocatur de hogeheyde, pro septuaginta marcis et XII marcis argenti puri, cum quibus pater meus bone memorie et ego emimus castrum Czantoch, quod dicto meo domino presentavi in verum et legitimum pheidum perpetue possidendum pacifice cum omni jure, omnibus fructibus debitis et consuetis et ut litere ejusdem domini mei Ludovici, Marchionis Brandenburgensis, super ipsam mericam date et tradite, probant et attestantur. Acto ipsi domino meo Ludovico Romano suisque fratribus et heredibus maturo cum consilio et consensu sufficienti meorum amicorum arbitrium, auctoritatem et potestatem talem dedi et do libere in presenti, si predictam mericam a me meisque successoribus recomparare vel reemere voluerit per pecuniam prius dictam reemendo ipsam mericam, quando-cunque ipsis placuerit, habeat liberam facultatem. In cujus etc. Datum Nürenberg, anno MCCC LIII, in vigilia assumptionis marie virginis.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 174.

XLVII. Markgraf Ludwig d. R. verzeignet dem Marienaltar der Pfarrkirche Neu-Landsberg's Bede und Dienste von 4 Hufen zu Lorenzdorf, am 28. Mai 1354.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. divine remunerationis intuitu damus et solempni donatione donamus precariam denariorum, frumenti et carniarum cum servicio curruum super IIII mansis, in villa lorenztorp sitis, ad altare beate marie virginis in ecclesia parochiali opidi nostre nove Landesberg situatum, in quo prima missa dietim consueta debet celebrari tempore matutino, sic quod premissa precaria et servicium curruum super dietis IV mansis cum omni jure, gracia, utilitate, commodo et honore, ad eam precariam et servicium curruum pertinentibus ex debito, consuetudine et ex jure, debent ad prefatum altare iusto proprietatis titulo pertinere pacifice et quiete temporum curfibus sempiternis. Renunciantes etc. presentibus Kokeritz, Wanthsleve, Alvensleve, Trutenberg, militibus, Johanne de Wedel, Bismarke. Datum Konnigesberg, Anno MCCC LIII, feria quarta in octava ascensionis domini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 173.

XLVIII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet der Marienkirche zu Neu-Landsberg 4 Hufen in Lorenzdorf zur Stiftung einer ewig brennenden Lampe, am 1. Juli 1361.

Noverint universi, Quod nos Ludovicus Romanus etc. nostro et illustris principis Ottonis, Marchionis brandenburgensis, fratris nostri Karissimi, nomine, ob jugem et perennem animarum magnificorum principum marchionum brandenburgensium, predecessorum nostrorum pie recordacionis, nostre, heredum ac successorum nostrorum memoriam salutarem dedimus, damus presentibus et donamus discretis viris provisoribus ecclesie parochialis sancte marie civitatis nostre nove Landesberg, qui nunc sunt aut pro tempore fuerint, proprietatem quatuor mansorum in villa Laurentzdorp et in districtu ejusdem ville sitorum, qui mansi solvunt et dant XI marcas et III solidos denariorum vinkonensium annuatim, cum quibus redditibus dicti provisos debent unam lampadem sive unum lumen ante corpus dominicum habendum comparare, quos quidem mansos et redditus dicti provisos a strenuis viris Ebellino et Ottone, fratribus, dictis horcker, fidelibus nostris dilectis, sua pecunia compararunt, Sic quod dicti mansi et redditus prenotati, cum omnibus juribus, graciis, commodis et honoribus, quibus dicti Horcker ipsos habuerunt, ad dictum lumen perpetuis temporibus iusto proprietatis titulo debeant pertinere. Renunciantes etc. In cujus etc. presentibus Ludowico de wedel, Henningo de Uchtenhagen, Hassone de Valkenberg, Dobirgast, militibus, et Ottone morner etc. Datum Tanckow, Anno MCCCLXI, in octavo die sancti Johannis Baptiste.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 71.

XLIX. Markgraf Ludwig d. R. vereignet der Stadt Neu-Landsberg Dienste und Bede von 20 Hufen in Lorenzdorf, am 3. Juli 1361.

Noverint universi, Quod nos Ludovicus Romanus etc. nostro et illustris principis Ottonis, marchionis etc., nomine ob fidelia obsequia nobis multipliciter exhibita et in posterum fidelius exhibenda per discretos viros consules et cives civitatis nostre nove Landesberg, fideles nostros dilectos, dedimus, damus, iusto quoque proprietatis titulo donamus dictis consulibus ac civibus civitatis nostre predictae, qui nunc sunt aut qui perpetue fuerint, proprietatem precarie denariorum, carniū et frumenti viginti mansorum in villa et in districtu ville Laurentzendorp sitorum, quorum mansorum quilibet dat annuatim viginti sex marcas denariorum vinkonensium et XXVIII denariorum et servitium curruum dictarum XX marcarum et proprietatem stagni Zechowesehe cum piscibus, aquis, rivulis, aquarum decursibus, quam quidem precariam, servitium curruum et lacum, ut premititur, dicti consules et cives a strenuis viris Dobirgast de Ost, milite, et a suis fratribus, fidelibus nostris dilectis, ipsorum pecunia compararunt, Sic quod dicta precaria, servitium curruum et lacus predictum cum omnibus juribus, graciis, commodis, usibus et honoribus et pertinentiis, quibus dicti de Ost ipsa hactenus habuerunt, ad predictos consules et cives, qui pro

nunc sunt aut qui pro tempore fuerint, debebunt perpetue pertinere et ipsa quiete et pacifice sine impedimento quorumlibet iusto proprietatis titulo possidere. In cujus etc. presentibus Ludowico de wedel, Hassone de Valkenberg, petro de Truteberg, Dobirgast de Ost, militibus, et Ottone morner cum ceteris. Datum Tankow, MCCCLXI, Sabbato ante diem Kiliani.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 72.

